

Stephan Klotz

**Rector Universitatis Rostochiensis, Stephanus Clotz, S.S. Theol. P.P. & ad D.  
Jacob. Ecclesiastes. Ad sacrum paschale Quo Jesus Redivivus De Morte,  
Satana, Inferno omniq[ue] inferorum turba gloriose triumphat, devote  
sancteq[ue] celebrandum, Cives Academicos serio monet & invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739726358>

Druck    Freier  Zugang



RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**S T E P H A N U S C L O T Z,**  
S.S. Theol. P. P. & ad D. Jacob.

Ecclesiastes.

Ad sacrum paschale

*Quo*

# J E S U S REDIVIVUS

*De*

Morte, Satana, Inferno omniq;

inferorum turbâ gloriose trium-  
phat,

*devote sancteq; celebrandum;*

Cives Academicos serio mo-  
net & invitat,



R O S T O C H I ,

Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
ANNO M.DC.XXXIV.

R.U.-theol 1634 Kloß, Stephan/a

1634

RECTOR  
Academie Rostochiensis.  
STEPHANUS CLOTH,  
S. S. Theol: P. P. & ad D. Jacob.  
Ecclesiastes,

 Nde vero Triumphatoris mei gloriam & mai-  
j statem exordiar, aut ubi desinam C. A.? ve-  
nit, venit, Servator noster, vidit, vicit, vivit  
in secula, venit in carne, vidit in cruce, vicit in  
resurrectione, vivit in maiestate & gloria nullo,  
unquam fine finiendâ: Sesostri Regem Ægyptij commendent,  
quod quatuor reges devictos curruit triumphali adjunctos cir-  
cumduxerit, eaq[ue] pompâ per omnium ora solemniter, triumpha-  
rit. Celebrant Persæ Saporem tyrannum, quod Valerianum  
Imperatorem, (pro quo Crispinus Aurelianum inepte substi-  
tuit) capivum & miserabili fortune ludibrio circumductum  
pro scabello habuerit quoties equum sessor ascendit: Miren-  
tur Schyæ suum Themur Chan, quem Tamerlanem nos vo-  
camus, quod Bajazethen Imperatorem Turcarum memorabilè  
prælio vinctum, caput, catenaq[ue], vinctum aureis inferreacaved  
triumphator ostenterit, & ad exemplum Saporis, dorsum ejus  
calcarit, quoties equum conscendit: Glorientur Romani de M.  
Curio Dentato, quod Elephantos posse fugatum ex Italia  
Pyrrhū in triumpho circumduxit, de Aureliano Imp. quod  
Tyrides, Alces, Camelopardatos in triumphi sui pompâ ostend-  
taverit, de Pompejo & Antonio, quod ille Elephantibus ob  
Africam, his leonibus currum ducentibus ob Pharsalicam vi-  
ctoriam triumpharit, de Prabo, quod inter trophea plurima  
de gentibus plurimis suspensa, & Blemyos Æthiopiacē populos,  
quibus

quibus oculus testo Plinio, in pectore est, ad insolentem pompe  
splendorem introduxerit: Hebraei Simsonem extollant, quod  
Gaza porreas confregerit & solus mille Philistaeos fuderit, Gi-  
deonem, quod Midianitas straverit, Mosen, quod Pharao-  
nem submerserit, Josuam, quod terrae promissae possessores fece-  
rit, Davidem, quod Goliathum interficerit: Hos inquam  
Herouas, quorum memoria nullo unquam aeterno intermorietur, ex-  
tollant: Graeci Alexandros & Philippos osteneant, qui to-  
rum orbem subjugarint: & numnam alij praecerea orbes subju-  
gandi restent, que sierint: Poeta Jasonem quandam menian-  
tur, quod bobus ignitis & apriis aripedibus de villis aureum vel-  
lus e Chalcide reportarit, aut Herculem quandam, qui hydra  
Lernei tot capita resecarit, Draconem interficerit, Cerberum  
tricipitem concatenarit, Augiae stabulum purgarit, Alcestim  
quandam ab Inferis reduxerit, Centauros, Diomedem Eriman-  
thum, Cacum, Lacinium Busiridem, Aeneum, Geryona, Pi-  
rechnum, & si que sunt alia, ejus farinae monstra superarie,  
Alij alii erigant

monumentum aere perennius

Regaliq; situ Pyramidum altius,

Quod non Imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruerere.

Quem ego potius celebrem, quem potius ostenteam, quam Iesum  
Redivivum, leonem illum, qui vicit, de tribu Iuda? Qui moreu-  
erat, & revixit, caperatus erat, & captivitatem captivam fecit,  
vinculis constrictus erat, & mortis vincula solvit, victus erat  
& vicerat, Ego, ait, sum primus & novissimus & vi-  
vens, Eram mortuus & ecce vivo in secula seculorum,  
& habeo claves mortis & inferni: Ubi, queso es, Agy-  
ptie, S. S. fratribus tuus? Ubi, Persa, Sapor tuus? Ubi, Scytha, Te-  
murus tuus? aut Ubi tuus, Romane rerum domine, Curtius, Pom-  
pejus, Aurelianus, Antonius, Probus, vel si es, quisquam vi-  
ctor &

stor & triumphator aliis? Ubi Ubi est omnis pompa, & vana,  
quaे virorum felicium morbus est, ambitio? Omnia Cesar er-  
at, Omnia Sapor erat, Omnia Temur erat,

— sed gloria Cæsar is esse.

Desit, & cumulus vix erat octo pedum,  
Exite ergo, quotquot estis, victores, vanitate & moree devicti.  
exite, exete, pomparam subducite: Hic vero Christus, Dux vi-  
tæ, Princeps glorie, Domitor Inferni, Triumphator Orci, mor-  
bis destructor, Salutis humanae Reparator est, Hic est, qui non  
populos Blemyos cum Probo, aut Centauros & Cerberos cum  
Hercule, sed ratiōne & ratiōne, Duces Orci, Deos Seculi, Seducto-  
res Mundi, Potestates tenebrarum hodie ostentat, & ut Apost.  
dit, deī uaniā, tanquam vīctor in triumpho capiūtas ignomi-  
niæ causa traducit: Qui non tigrides, alces, aut Camelopardalos  
cum Aureliano, nec Elephantes cum Pompejo, aut Curio denta-  
to, nec Leones cum Antonio ad insolentem pompa & triumphi  
splendorem introducit sed Draconem antiquum, serpentem tor-  
tuosum, Leonem rugienteem, contrito ejus capite & exuīs spo-  
liis in triumpho ostendit: qui mortem, peccatum & infernum  
exuta potestate confringit: Ubi sunt, Diaboli spolia tua?  
Ubi & avocula tua fortis armata? Ubi potestas tua? Ecce, spo-  
lia divisi, armaturam confregit, potestatem dissolvit hic Via-  
tor & Triumphantor noster: Ubi, Ubi, ô Mors est aculeus tuus?  
Ubi hasta & clypeus, quo ex aquo pulsasti hactenus pauperum  
tabernas regumq; turres? Ecce absorpsit Morem in victoria  
& autorem mortis proprio mucrone truncavit, aculeum fre-  
git, prædonem sua præda cepit, hic Vita Reparator & Moreis  
domitor, vīctor & triumphator noster? Ubi est inferne victo-  
ria tua? ubi capiūtas? ubi claustrata? Ecce portas infe-  
rorum convulsi, & claustra confregit, hic Simson, hic Gideon  
noster, vīctor & triumphator noster: Rugeat Satan, Mordeae  
Mors, terreat inferi, venit, uidit, vicit, Christus Jesus, qui  
vīctor.

victor hodie è mortuis resurrexit: Nostra hæc victoria, nostra  
hic triumphus est: Hic peccati, Mortis & Inferorum Dominus,  
& Diabolorum triumphator totus totus noster est, mortis no-  
stræ destrutor & vita nostræ restaurator est: Propter peccata  
nostra mortuus est, & resurrexit propter justitiam nostram:  
Resurrectionis nostra obses, & ut Tertull. ait, communis fide-  
jussor est: Inchoata est in Christo resurrectio nostra suo tempo-  
re perficienda: Radix vivit, non est dubium, quin viviscen-  
tur aliquando ramusculi: Vitis vivit, vivent aliquando & pal-  
mites: Caput vivit, vita quandoq; deferetur ad membra: Quod  
enim præcessit in capite, sequetur in corpore: Pis creditur hoc,  
quod in capite est inchoatum, in membris esse complendum:  
Sponsus vivit: sponsam quoq; suam olim suscitabit, ut ejus co-  
habitatione in æternum frui possit: Securæ ergo estote caro  
& sanguis, usurpatis & cælum & regnum Dei in Christo,  
In Christo resuscitato uniuscujusq; nostrorum carnis  
& sanguinis portio est, ubi portio mea regnat, regnare  
me credo, ubi sanguis meus dominatur dominari me  
sentio, ubi caro mea glorificatur, me gloriosum esse co-  
gnosco: Rideant hac Philosophi Athenienses, Insaniam au-  
sumet Festus, puerilia deliramenta, & avide nunquam desinere  
mortalitatis commenta appelleret Plinius, rem nefandam atq; de-  
testandam judicet Synesius, tanquam fabulam & anile mendac-  
ium Christianorum proscribat Cæcilius, canat Catullus,

Soles occidere & redire possunt,

Nobis cum se mel occidit brevis lux,

Nox est perpetua una dormienda,

Contradicat orbis & orcus, Nobis spes illa est reposa in sinu no-  
stro, quia Christus resurrexit, & nos resurrecturos, atq; in car-  
ne nostra Deum visuros, Veniet iterum, quæ Ethnici verba  
sunt, non tamen ethnica, qui nos in lucem reponet dies:  
Æstas abit, sed alter annus illam adducit; Hiems ce-  
cidit

Cidit referent illam sui menses, Solem nox obruit, sed  
ipsam statim dies abget, Bombicem novimus serico domicilio  
inclusum sibi meti sepiulcrum struere, nova tamen forma  
claustro suo velut sepulcro prodire, & in vermem alatum ex-  
crescere: Phænicem credimus sibi meti sepiulcrum singulis quingentis an-  
nis de thure, myrrâ, aliisq; rebus odoratis rogo struere, & se-  
met ipsum rogo calore solis accenso impostum comburere, posse  
tamen è cineribus relicti primum in vermem, paulatim vero in  
eiusdem avis figuram concrescere, & a se ipso renasci:

Nam perit ut vivat se tamen ipsa creat,

Ut possit nasci, haec appetit ante mori:

Idem vero Christo accedit, qui sepulcro velut vermiculus semet  
ipsum abdidit, & vitam suam depositus, post tamen tercia  
die redi vivus novâ forma prodit, & phænicis instar è moreis ro-  
go novam sibi vivendi formam resumit: Quod vero in Christo  
præcessit, in nobis secuturum speramus: veniet veniet atra di-  
es, quæ nos funere merget acerbo, & veluti vermicules se-  
pulcris recondet: Veniet hora, quæ offa nostra sive rogo impo-  
sta, sive exposta vermibus consumeret, Lætissima tamen dies re-  
stitutionis, nos de pulvere terræ quandoq; resuscitatos, novaq;  
formâ vestitos in luce reponet: Inde læti clamamq; cū Prudentio;

Pellite corde metum mea membra, & credite vosmet

Cum Christo redditura Deo, nam vos gerit ille

Et secum revocat, morbos ridete minaces

Inflictos casus contemnите, tetra sepulcra

Despuite, exurgens, quo Christus provocat, ite,

Interea nostrum est, C. A. ut Christo resurgentis grata & de-  
votamente assurgamus: Solebant milites Imperatori per urbem  
triumphantem in Capitolum eunti Votivis acclamationibus  
gratulari, uti Horatius Augusto sese facturum pollicetur,

Tuq; dum procedis, lō triumphē

Non semel dicemus lō triumphē

Civitas

Civitas omnis, dabimusq; divis.

Thura benignis,

Ita solent & vernaculi exultato in novos honores Domino assurgere, & de ejus acquisitione domino vehementer laetari: Quod ergo nos qui ad familiam Christi recensemur, & Christo in Baptismate consepulti in sacramenti verba juravimus, hunc nostrum triumphatorem in glorium dimittemus? Magnus ille sui seculi Patriarcha Jacobus, ubi noctem cum Filio Dei sub ignota specie viri secum luctante inter certamina transfigisset, tandem aurora surgente. Dominus sese manifestavit, ille vero laetitia diffusus, vidi, inquit, Dominum a facie ad faciem & salva facta anima mea! nobis vero jam Filius Dei, quem pro nobis cum ira Dei, & omnium hostium infernalium acervo non ita pride luctante vidimus, denuo redivivus & gloriiosus apparet, & nos corpore suffusi jacebimus? Quinimo cum Cleopha tripudiemus: Vidi misericordiam Domini! cum mulieribus gestiamus, vivit Dominus, cum discipulis dicamus: surrexit Dominus.. Indignum est, ut eo die laudes debitas raceat lingua carnis, quo caro resurrexit auctor Pascha Christi regnum est cæli salutis mundi, occasus inferi, gloria supernorum, vita credentium, resurrectio mortuorum, testimonium miserationis divinitatis, premium redemptionis humanæ, loquamur ergo cum Emaunelis de victore nostro, gaudemus cum discipulis de Passione nostro, & quod maximum est, non in fermento malitia, nequitia, turpitudinis, lascivie, luxuriae, sed a zymis sinceritas & veritatis hanc festivitatem transfigamus, & in honorem redivivi Salvatoris, resurgamus a vitiis, a morte iniquitatis, a somno peccati, a conversationis pravitate: Matrem vitam si volumus ascpere vitam: Resurgamus resurrectio prima, si nolumus damnari in resurrectione secunda, Consepulti sumus Christo per Baptismum in mortem, ut quo-


quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam  
Patris, ita & nos, monente Paulo, resurgamus & in no-  
vitate vitæ ambulemus. Hoc ergo est, quod à Civibus A-  
cademicis, cum primis vero studiofis, per amanter contendō, ut  
Paseha hoc nostrum piis meditationibus, & audiendis concioni-  
bus sacris devote transfigant, non in pupinis & gurgustiis ubi  
spiritus desudascitur, sed in cœtu piorum, ubi Christo victori laus  
accinatur, compareant, nec Cyclopicis, & Scoristicis Expilatio-  
nibus, (uti quidam Cyclopes & Harpyæ facere consueverunt,)  
indulgeant, sed sancta pietate Christo victori sacra faciant; Se-  
cundus qui faxit, & monitionem nostram spreverit, nā ille Vindi-  
cem omnipotentis oculum & ulericem dexteram non subeefu-  
giet, & partem non habebit in resurrectione secunda,  
quia partem habere noluit in resurrectione prima.  
P. P. Rostochi, Anno 1634. Ipso festo Paschatos.



Civitas omnis, dabimusq; divisi-

Thura benignis,

Ita solent & vernaculi exultato in novos hono-  
gere, & de ejus acquisitione domino vehementer  
nos qui ad familiam Christi recensemur, & Ch-  
riste consepulti in sacramenti verba juravim-  
us triumphatorem in glorium dimittemus? M-  
Patriarcha Jacobus, ubi noctem cum Filio i-  
cie viri secum luctante inter certamina trans-  
itora surgente. Dominus se manifestavit, ita  
fusus, vidi, inquit, Dominum a facie ad fa-  
ciam anima mea! nobis vero jam Filius Dei, o  
ira Dei, & omnium hostium infernalium a-  
luctantem vidimus, denuo redi vivus & glori-  
torpore suffusi jacebimus? Quinimo cum Cl-  
Vi dimus Dominum! cum mulieribus gestian-  
cum discipulis dicamus: surrexit Dominus  
ut eo die laudes debitas raceat lingua carnal-  
xit auctoris Pascha Christi regnum est. o  
occasus inferi, gloria supernorum, vita  
surrectio mortuorum, testimonium n-  
ostre, pretium redemptionis humanæ, lo-  
maunticis de victore nostro, gaudeamus cum  
schate nostro, & quod maximum est, non in  
nequitia, turpitudinis, lascivia, luxuria, sed  
in & veritatis hanc festivitatem transfigan-  
redivi vivi Salvatoris, resurgamus a vie-  
ta, a somno peccati, a conversionis pravida-  
tam si volumus accipere vitam: Resur-  
re prima, si nolumus damnari in resurrectio-  
septulti sumus Christo per Baptismum



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT  
Image Engineering Scan Reference Chart TIE263 Serial No. [REDACTED]